Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 2815
Quelle:
Copyright:

tum habeo, ut superiorem, ad quem revocat.

XIII. *fol.* 332. p. 2. *Sequitur tractatus subtilis de peccatis in Spiritum sanctum.* Initium: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus* &c. *Postquam dominus declarauit falsitatem iudeorum* &c. Finis: *et ad hoc concurrat specialiter ad dei gratiam Amen.* Autorem non reperio.

XIV. *fol.* 339. *Incipit tractatus Magistri Jordani Sacre theoloyce professionis de 65. articulis passionis domini nostri ihesu christi — qui distingwuntur in septem partes principales secundum septem horas canonicas.* Initium est: *Inspice et fac secundum exemplar* &c. *Jordanus* hic est *de Saxonia* sive *Quedlimburgo* O. Erem. Aug. de quo adi *Ossingerum* in *Biblioth. August.* p. 800. ubi asseritur Opus nostrum pertinere ad *Postilla Jordani*, de quibus egimus ad *Cod.* DCXCV. esseque editum separatim cum *s. l.* et *a.* 4. tum *Argentinae* 1484. f. Itaque et *Trithemius* jam illud ut opus peculiare adnumeravit. In *Cod.* praesenti *Articulo* 65. non ultra *col.* 2. progreditur.

DCCLXVIII.

304 Codex chartaceus lat. Sec. XV. expirantis. Folior. nunc 23. f. per duas columnas exaratus continet *Augustini de Campellis de Leonissa Aprutini* O. E. S. Aug. anno 1435. ad Episcopatum *Bovensem* promoti, sed eodem anno *Romae* mortui *Expositionem Orationis Dominicae*, cui verisimiliter olim in *Cod.* adjuncta fuerit *Salutationis Angelicae Expositio.* Prooemium incipit: *Augustinus de leonissa in ordine heremitarum religiosorum minimus ex corporis inbecillitate a predicacionis officio penitus se retraxit dicens cum propheta Obmutui* &c. *Sermonis* I. ex L. in quos *Expositio* dividitur, initium est: *Pater noster. In hac vita nullum opus est bonorabilius nullum levius et nullum utilius quam orare deum patrem* &c. Deficit *Codex* in *Serm.* XXXVIII. his verbis: *Secundum est carnis maceracio* —. Extat vero teste *Ossingero* in *Bibl. Augustin.* p. 188. utraque *Expositio* impressa *Coloniae* 1502. 8. Editionem hanc secundam esse oportet; quae enim mihi objacet, subscribitur: *Colonie apud Predicatores iam tercio diligentissima correctione Impressi* (Sermones) *Anno domini M. CCCCCIII. die II. mensis Decembris 8.*

DCCLXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. 512
XV. Folior. 240. 4. a diversa manu compilatus exhibet Sequentia: I. *Sermones* XXVIII. *de S. Augustino*, quorum primus incipit: *Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis. Apocal. 1. Quia sanctus Augustinus fuit eternaliter preuisus a sancta trinitate prechonisare lucem* &c. Levis momenti. Ad oram inferio-